

*iuris in d. l. Domitius de testamen-
tis num. 4.*

7 Facit etiam pro hac reso-
lutione quod ipse. Covarru-
bias tradit *in cap. cum esses eod.
tit. n. 2.* vbi quod testamentum
nuncupativum potest fieri
coram duobus testibus, &
notario publico, quia tabel-
lio supplet defectum vnius
testis, & præterea publicam
authoritatem habet, & pro-
bat *ex l. i. tit. 4. lib. 5. Rec.* vbi
tabellio supplet numerum
duorum testium; licet contra
Covarrubiam, Burgos de
Paz teneat oppositum *in l. 3.
Tauri p. 5. n. 829. vers. Demum.*

8 Verum tamen quod com-
muniter ab omnibus recipi-
tur, est, quod tabellio non
computatur loco testis vbi
agitur de probando testamē-
tum per scripturam, sed tunc
loco testis esse poterit, cum
agitur de probando testamē-
tum per testes, vt in nostro
casu. Matienzus qui plures
refert *in d. l. 1. Gloss. 7. n. 3. & in
l. 2. Gloss. 4. n. 5. eod. tit.* Azeve-
dus *in d. l. 1. tit. 4. lib. 5. num. 30.*
Flores de Mena *var. li. 1. quest.
1. nu. 78. & nu. 18.* Marta *de suc-
cess. legal. tom. 2. part. 4. quest.
2. artic. 1. num. 7. & 8.* Mascar-
dus *de probationib. concl. 1358.
num. 55.* vbi refert. Aretinus,

Salicetum, Corneum, Ale-
xandrum, & Nevizanum, &
est communis in ore omnium
opinio, & in praxi propter fa-
vorem testamenti ab ea mi-
nimè recedendum, vt inquit
Flores de Mena *d. nu. 18.* idem
tenet Menochius *de Arbitra-
rijs, lib. 2. cent. 2. casu 105. num.
39.*

9 Neque obstant rationes
de contrario, nam licet verum
sit, notarium testium nume-
ro non computari, quando
testamentum probatur per
scripturam, secus est quando
probatur per testes, vt in hoc
casu. Et licet notario attestati
de sanamente defuncti non
credatur, hoc est, quia sani-
tas mentis non percipitur vi-
su vel auditu, sed iudicio ra-
tionis, vt inquit Mantica di-
cto loco; vel etiam quia testis
est in propria causa, cum
agitur de sustinendo suo
actu, & sic de sua laude
aut vituperio. Ultra quod
dictum notarij prædicto in
casu multum attenditur, vt
dicunt Laurentius de Pinu
cons. 25. n. 14. Trentacinius
cons. 13. Farinacius *in fragmen-
tis, part. 1. verbo furor num. 276.*
vbi refert Immolam, Cor-
neum, Socinum, Becium, &
Thuscum, qui idem conclu-
dunt.

dunt, Simon de Praxis *ultim.
volunt. fol. 4. num. 14. & seqq.*
2 *fol. 83.* & ad secundum, quod
traditur de notario deponē-
te testatorem habuisse testa-
mentum pro imperfecto mi-
nimè credendo, dico, hoc ita
procedere, quando notarius
solus sit, nam vnicus tantum
testis est, & ita nullam fidem
facit, quando alij testes con-
trarium deponunt, & sic lo-
quitur Gratianus *d. cap. 550.*

3 His sic brebiter expositis
prædicta resolutio amplia-
tur, vt procedat etiam si vni-
cus testis, qui simul cum no-
tario fuit, cæcus sit, dum ta-
men cognosceret testatorem,
quia licet cæcus in testa-
to testis esse non possit, *ex le-
ge si non speciali, C. de testamen-
tis, vbi Baldus, l. si vnus, l. hac
consultissima in princip. & S. per
nuncupationem, C. eod.* Corneus
cons. 354. col. 1. Mascardus *lib.
1. conclus. 278. numer. 14.* Farinacius
*de testibus quest. 61.
numer. 23.* tamen si cæcus
cognoscebat testatorem ido-
neus testis est; potest enim
cognoscere illum in voce,
qua de re admittendus. Farinacius
*quest. 61. opposit. 10.
4 numer. 24. & 26.* præcipue si
sit consanguineus, amicus,

seu vicinus testatoris, inter-
minis testis testamentarij
notat Gothofredus *in d. l. si
non speciali litera F. G.* quia ra-
ratio prohibitionis ea est,
15 quod testatorem cæcus cog-
noscere non potest; qua ce-
sante cessare debet prohibi-
tio, maximè quia in casu ne-
cessitatis, & in testamento
militis, & in alijs testamen-
tis in quibus suppletur solem-
nitas cæcus testis idoneus
est, vt pro nova opinione te-
nuit. Videndus Menchaca
16 *lib. 3. §. 24. numer. 84.* quia in
actibus inter vivos cæcus te-
stis esse nullo iure prohibe-
tur, cum alijs sensibus cor-
poreis non careat præter sen-
sum videndi. Et ita etiam
licet requiratur præsentia
testatoris, itaut quod testes
videant illum, vt valeat testa-
mentum, adeo quod si inter
testatorem, & testes fuisset pa-
ries inter medius vel cortina,
nullius roboris fuisset, licet
testes notam habuerint vocem
testatoris; vt tenent Bartolus
*in l. 2. §. idem labeo, ff. de aqua
17 pluvia Alexan. in d. l. si non spe-
ciali n. 6.* Decius *cons. 354.* cū
alijs Grasus *§. testamentum
quest. 59. num. 4.* Clarus *§. te-
stamentum quest. 59. vers. &
ideò Menochius de Arbitrarijs
lib.*

lib. 2. casu 475. n. 23. Mascard. concl. 1352. n. 58. Fulvius Pacianus de probationibus lib. 1. cap. 10. nu. 4. & n. 17. videndus Farinacios de testibus q. 69. nu. 185. tamen in testamētis privilegiatis, & in casu necessitatis probabilius est non desiderari, quod testes videant ipsum testatorem, si modo ea, quæ ab ipso agebantur, plenè intellexerint. Menchaca dicto, §. 24. n. 82. Corneus conf. 166. nu. 3. lib. 3. Alciatus conf. 60. n. 13. lib. 9. Parisius conf. 33. nu. 11. vol. 2. Rolandus à Valle conf. 81. n. 24. vol. 1. Peregrinus decis. 80. nu. 4. regulariter autem potest cæcus deponere de eo, quod vidit ante cæcitatem, vt ex Bartulo, & alijs tenet Farinacius quest. 61. num. 32. & si omnino cæcus non sit, cessat quoque prohibitio Argument. l. binas ad des. 9. §. fin. ff. de servit. Urban. pr. ad. vbi Baldus in 2. lect. non dicitur, inquit, alicui oculus destructus, licet debilitatus, si non est totaliter ex cæcatus, Paulus de Castro ibidem num. 2. & interminis testis testamentarij tenet Castillo in l. 3. Tauri verbo intervēgan vers. quid tamen fol. 34. pag. 2. vbi dubitat, quid si cæcus videt sed cum difficultate, non ta-

men in totum est cæcus, & resolvit, quod testis esse poterit, quia non dicitur cæcus qui cum difficultate videt. Ampliatur secundo resolutio, etiam si vnicus testis sit fœmina, quia in hoc casu probatio iuris gentium sufficit, vt interminis. Menchaca lib. 3. §. 24. n. 70. Oldradus, Mantica, & Azevedus relati supra cap. antecedent. num. 4. Ampliatur tertio, etiam si testis sit Monachus, is ergo testis idoneus est in testamēto, quia est vicinus, vel saltē vt talis reputatur in loco vbi est Monasterium, Baldus in Auth. ingresi, C. de Sacros. Eccles. Faber in §. testes instit. de testam. vbi Viglius, & Tobias Nonius, Signorol. conf. 12. Guidon Papaquest. 517. Tullus Fernandez in l. 3. Tauri n. 17. de clericis autem non est dubium, quia possint esse testes in testamento, quia ciues sunt populi, & membra Reipublicæ. Baldus in l. 1. nu. 11. ff. ad Municip. Burgos de Paz in l. 3. Tauri n. 40. Salgado de reg. protect. part. 1. cap. 1. pralud. 2. ex num. 58. Otero de pascuis cap. 8. num. 6. Gothofredus in Authent. si qua mulier. C. de Sacros. Eccles. litera L. qui de Monachis loquitur,

&

& de eisdem Bonacina tomo 2. disput. 3. quest. 17. puncto 5. n. 3. vers. quarto religiosos, cum multis Surdus decis. 129. num. 1. Iulius Clarus §. testamentum quest. 55. num. 7. Limitatur tamen resolutio, vt non procedat, quando vnicus testes, qui cum notario tunc temporis fuit, impubes est, quia testis in testamento esse non potest, §. testes vers. sed neque impubes instit. de testam. Ordin. l. 9. tit. 8. lib. 2. fori. l. 9. tit. 1. part. 6. Burgos de Paz in l. 3. Tauri n. 1350 Antonius Gomez ibi num. 26. Martienus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Glos. 8. num. 4. Flores de Mena lib. 1. quest. 1. num. 23. Pichard: d. §. testes num. 29. vbi ampliatur nec pubes factus dicere possit, quæ impubertate vidit circa testamentum, quia

testium conditio tempore testamenti condendi inspicienda est, l. ad testium, §. conditionem, ff. de testamentis vbi Nœvius nu. 4. insistema iuris, & quia naturæ impedimentum obit impuberi propter imbecillitatem iudicij, vt latè probat Didacus Narbona de atate ad omnes humanos actus requisita anno. 14. quest. 44. totam.

Quod si huiusmodi opinio displiceat, at minus ex depositione notarij iuncta cum duorum testium depositionibus, etiam si fœminæ, cæci: aut Monachi sint, testamentum hoc in casu probari posse, vt certissimum teno ex ijs, quæ capite antecedenti dicta sunt.

* * *

